



**TOPIVS**  
DE ORIGINE TRIBVNALIVM  
Vrbis Neapolis  
PARS SECVNDA.





DE  
ORIGINE  
TRIBVNALIVM  
VRBIS  
NEAPOLIS  
PARS  
SECVNDA.

Castri Capuani senogre

# NICOLAI TOPIII

I. C. NEAPOLITANI,

PATRITII THEATINI.

De

## ORIGINE TRIBVNALIVM

Nunc in Castro Capuano Fidelissimæ  
Civitatis Neapolis existentium.

LIBRI QVINQVE,

PARS SECUNDA.

In Quâ

DE SACRI REGII CONSILII ORIGINE;

Auctoritate, præ eminentia, eiusque omnibus Præ-  
sidibus, Viceprotonotarijs, Regijsque  
Consiliarijs, agitur.

*Vbi varia peruetusta, reconditaque monumenta, tam intra,  
quàm extra forum versantibus, valde grata,  
& iucunda, recensentur, elucidantur.*

CVM SVMMARIIS VIRORVM ILLVSTRIVM;

Materiarum, ac Auctorum Indicibus, ad Lectoris suble-  
uandum laborem, non minùs copiosis,  
quàm opportunis.

OPVS SINGVLARI BV S CAPITIV S, ET ELOGIIV S

*Alibi vix occurrentibus, refertum; nec non characterum varietate  
distinctis allegationibus, nunc primum editum.*

PHILIPPO QVARTO

Hispaniarum Monarchæ Maximo, Dicitur.

NEAPOLI, Typis Io: Francisci Pacii. M. DC. LIX.

*Superiorum permissu, & Privilegio.*






INVICTISSIMO, AC POTENTISSIMO  
VTRIVSQUE ORBIS MONARCHÆ

**PHILIPPO**

HISPANIARVM REGI,

Huius nominis IV. cognominis Magno, sapientia, pru-  
dentia, et Iustitia Maximo.



**H**OC meum Opus  
(Philippe Rex, po-  
tentia, magne, Reli-  
gione maior, vtraq;  
maxime) qua potui,  
ac debui fide, & diligentia absolu-  
tum, multis Tibi debitum nomini-

# CAPVT I.

D E

## SACRO REGIO CONSILIO Et eius institutione.

### SUMMARIUM

1. *Sacrum Consilium quid sit.*
2. *Neapolis omnium Italicarum Urbium celeberrima.*
3. *Alphonsus Rex Aragonum, & Sicilia Sacrum Consilium instituit, & ibi Michaelis Ricij auctoritas, affertur.*
4. *Matthaeus Afflictus idem scripsit.*
5. *Marinus Freccia eiusdem fuit opinionis.*
6. *Sacri Consilij nomen in Regno etiam ante Alphonsum I.*
7. *Quo Anno Rex Alphonsus S.C. erexerit.*
8. *Ante Sacri Consilij institutionem, duo erant Tribunalia maiora in Regno.*
9. *Ante Regis Alphonsi tempora, & apud Auctores, Consiliarij nomen quomodo intelligebatur.*

**S**ACRI Regij Consilij Tribunal, de quo scribere aggredior, est supremum, ac summum amplissimi huius Regni Neapolitani, siue Siciliae, praetorium, splendidissimae Neapolitanae Civitatis, intus Castrum Capuanum, nunc residens, & ratione, intuituque celebritatis, magnificentiaeque Regni eius, non modicae auctoritatis, praeminentiaeque existit; Siquidem Regnum hoc, omnium aliorum Regnorum totius Orbis nobilissimum est.

2. *Neapolitana, & Ciuitas omnium Italicarum Urbium cele-*

A

cele.

## CATALOGVS

*Sacri Consilii Præsidentum, Procerum, in eo  
 assistentium, Viceprotonotariorum, ac Re-  
 giorum Consiliariorum: ab eius institutio-  
 ne, ad nostra usque tempora, qui in vete-  
 rum monumentis reperiri hactenus potue-  
 runt, per annos, digestus, & Cap. 3.*

**Q**uoniam penes actorum magistros Sacri Consi-  
 lii, processus, ac acta forensia in eodem Sacro  
 Consilio, tempore Regis Alphonsi primi, non  
 extant, ut ex illis elicere, ac perferutari potuis-  
 sem, qui nam Præsides, Proceres assistentes, ac Regii  
 Consilarii, iis temporibus, in eodem Sacro Consilio cō-  
 sedissent, illudq; rexissent; sed habentur, dumtaxat  
 sententiarum exemplaria paucissima, eo tempore lata-  
 rum, quæ deinde, recentioribus in processibus, produ-  
 cta fuerit, reperiuntur tamen processus agitati sub Fer-  
 dinando Rege primo, ab anno 1468. & deinceps: in Re-  
 gis etiam Archiuis parum, aut nihil ferè de his habe-  
 tur; ideo mirum non est, si non omnes Præsides, Assi-  
 stentes, ac Consilarios sub eodem Rege Alphonso re-  
 tuli; sed tantum eos, quos reperi, omisis aliis, qui de-  
 siderantur.